

Dominica ad vesperas.

eius manet in seculum seculi. **M**emoriam
 fecit mirabiliū suoz^{um} misericors ⁊ mise-
 rator dñs: estā dedit timētib^{us} se. **M**e-
 mor erit in seculum testamēti sui: virtutez
 ope^{rum} suoz annūciabit p^{ro} suo. **U**t det
 illis hereditatē gentiū: opera manuz
 eius veritas ⁊ iudiciū. **F**idelia oīa mā-
 data eius: confirmata in seculum seculi: facta
 in veritate ⁊ equitate. **R**edemptōez mi-
 sic p^{ro} suo: madavit in eternū testamētū
 suū. **S**anctū ⁊ terribile nomē ei^{us}: iniciū
 sapie timor dñi. **I**ntellec^{tu} bon^o oībus
 faciētib^{us} eū: laudatio ei^{us} māet i seculum seculi
Gla. <sup>fidelia omnia mandata eius
 confirmata in seculum seculi. In modum.</sup> **Ps. xli.**
Beatus vir qui timet dñm: in mā-
 datis eius volet nimis. **P**otens
 in terra erit semē eius: generatō rector^{um}
 bñdices. **G**loria ⁊ diuitie in domo ei^{us}: ⁊
 iusticia eius manet in seculum seculi. **S**er-
 cum est in tenebris lumen rectis: mise-
 ricors ⁊ miserator ⁊ iustus. **I**ocundus
 hō qui miseres ⁊ comodac: disponit ser-